



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Statuta prouincialia et synodalia ecclesie Colonie[n]sis (Köln)

Colonie, 29. IX. 1492

Jtem de sacramento extreme vnctionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30901

ni oporteat hoc fiat caute. et id quod ap-
ponit cum chrymate et oleo sacro dilu-
genter cum virgula misceatur.

De sacramento confirmationis

Oneat presbyteri pariter bap-
tizatorum non dum confirmatorum ut
eos ad episcopum qui solus potest confir-
mare ducat septem vel maioris etate.
et tondeant capilli maxime contra fron-
tes dependentes et lauentur frontes
diligenter et habeant bandellos de pan-
no lineo spisso sine fractura et sine nodo
latitudinis trium digitorum et longitudi-
nis septem albos et mundos existen-
tes. exceptis autem patre et matre offerant pu-
eros illi qui eorum noticiam habent et melius
nouerunt quod non sint vel fuerint confirma-
ti et tertia die post confirmationem ducant
eos ad ecclesiam et presbyter frontes eor-
um lauet et comburet bandellos et cineres
bandellorum et aqua lotionis in sacrum tot-
um vel piscinam siue lauatorum reponatur
Confirmandi vero si fuerint decem annorum
vel ultra prius suis sacerdotibus con-
fiteantur et confirmentur. pariter vero con-
firmatorum et ipsi confirmati sibi sepe
ad memoriam reuocent quoniam et ubi fuerint
confirmati. Nullus clericus ad primam
tonsuram accedat nisi prius fuerit confir-
matus.

De sacramento extreme unctionis

Ubi reuerentia. aqua benedicta
et cruce precedentibus sacerdos
deferat oleum sacrum ad infirmum
Si via fuerit longa addat letaniam et a-
lias orationes ad hoc constitutas Et cum
iungit infirmum. proferat ista verba Per
ista unctionem etc. et iungat cum reue-
rentia et distinctione verborum. Et nihil
pro unctione erigatur Et si quid datur
gratis accipiat. Laudabiles tamen consue-
tudines in talibus precipimus obserua-

ri. **¶** Oneat presbyteri populum ut in-
firmi. xiiii. annos et super habentes cum
opus fuerit iungant. Nec propter pau-
perem nec defectum cadelarum vel indu-
mentorum lineorum que in hoc sacramen-
to solent cum reuerentia exhiberi a sacerdo-
te vel quouis alio unctionio dimittatur
Sufficit enim una cadela. Et quod infirmi
iuncta membra singulariter et diligenter
extergantur cum stappa que post exten-
sionem in igne comburatur.

De sacramento eucharistie siue altaris

Recipimus ut omnes sacerdo-
tes in vestibus mundis sacerdoti-
alibus et benedictis reuerentem
mundo et contrito corde et confessi si con-
mode fieri poterit accedant ad missam cele-
brandam. **¶** Item statuimus sub pena ex-
communicationis ne aliquis sacerdos
missam celebrare audeat nisi prius dixe-
rit matutinas et primam de die. **¶** Item
precipimus ne aliquis sacerdos sine cal-
ciamentis vel caligis ad altare accede-
re audeat pro celebratione missae. **¶** Item
diligenter caueant sacerdotes ne cum
conscientia in mortali peccato constituti
accedant ad missam celebrandam. quod si taliter
māducauerint corpus domini et bi-
berint eius sanguinem iudicium eterne
damnationis sibi māducant et bibunt
¶ Item missale inuoluatur camisia vel
panno lineo et apponatur pueri manutergium
quo presbyteri nares vel faciem tergant
ne contingat sacra vestimenta maculari
quod integra et munda. ut est dictum. precipi-
mus custodiri. **¶** Item loca circa altare
ab araneorum telis et pulueribus ac ce-
teris immundicijs sepius emundentur
¶ Item precipimus ut sursum super al-
tare ad latitudinem et longitudinem al-
taris pannus lineus albus extendatur
ut protegat et defendat altare ab omnibus
immundicijs descendentibus.

Et liij.